

PA
3998
NA AI P3
1854

UNIV. OF
CHICAGO
LIBRARY

Class

Greek

Book

University of Chicago Library

GIVEN BY

Calvary purchase.


Beside the main topic this Book also treats of

Subject No.

On page.

Subject No.

On page





HERMETIS TRISMEGISTI POEMANDER.

Hermes Trismegis
"

AD FIDEM CODICUM MANU SCRIPTORUM

RECOGNOVIT

GUSTAVUS PARTHEY.

BEROLINI

PROSTAT IN LIBRARIA FR. NICOLAI

MDCCCLIV.

PA3998

H5A1P3

1854

Praefatio editoris.

Plus quam ducenti anni sunt, ex quo Hermetis qui feruntur libri Rosselii opera in lucem prodierunt. neque nostris temporibus Poemandrum, notissimum Hermetis opus denuo typis mandandum esse censuissemus, nisi mirifica illa aegyptiacarum litterarum instauratio huic libello aliquid addidisset momenti. quae instauratio gloriam antiquitatis aegyptiacae et auxit et minuit. auxit quidem, chronologicis disquisitionibus Aegypti historiam ad remotissima tempora protrahendo; minuit autem, monumenta quaedam, pro antiquissimis habita, aetati Ptolemaeorum et Romanorum adiudicando. nam quattuor fere annorum milia principum aegyptiorum regnis impleta esse nunc plurimi consentiunt; Caesarum autem romanorum nomina usque ad Diocletianum signis hieroglyphicis expressa fuisse maxima sagacitate demonstravit Franciscus Champollio, papyrum demoticam parisiensem decimo Neronis anno exaratam esse nuper probavit Henricus Brugschius.

De librorum hermeticorum aetate eadem quae de monumentis aegyptiacis fuit dubitatio. quos libros cum primi editores, Vergicius, Flussas, Patricius, Mosis aetati attribuerint, venerabilisque bibliothecae graecae au-

ctor Johannes Albertus Fabricius ante Orphei et Homeri carmina collocaverit, eos sequiorum temporum historia litteraria ad Iamblichi et Porphyrii aetatem relegavit. sed magnus Isaacus Casaubonus in exercitationibus Baronianis iam Iustinum martyrem nonnulla ex Hermetis libro citasse monens, auctorem christianum vel potius semichristianum non multo post apostolorum tempora vixisse perhibet.

Quae computatio in novissimi istius codicis demotici tempora Neroniana incidit. horum autem codicum quasi in dies crescit et numerus et dignitas. cum enim illi qui primum innotuerunt nonnisi emptionum contractus exhibuerint, alii recens detecti scripta varii argumenti nobis praeberunt, ritualis funebis hieroglyphici versiones demoticas, animalium, plantarum, lapidum descriptiones, praecepta medica, mythologicas gnostici ut videtur auctoris explicationes, interspersis graecis vocabulis. nonnullorum quoque codicum demoticorum integra antigrapha graeca extant. quibus perpensis satis elucet arctissima inter demoticas et graecas inferioris notae litteras coniunctio. quare non desperandum est fore ut aliquando aegyptologorum sollertia Poemandri vel alius scripti hermetici textus demoticus ex schedis illis antiquissimis eruatur.

Cum autem in bibliothecis tam publicis quam privatis rarissima sint Poemandri exempla, quem inde ab anno 1630 typis mandatum non esse constat, eum denuo edendi consilium cepi. quem ad finem usui mihi fuerunt

A, codex Florentinus Laurentianus, Plut. LXXI, no. 33, chartaceus in 4to, saeculi XIV, quem Franciscus de Furia V. Cl. rogatu meo anno 1850 cum Turnebi editione conferendum curavit,

B, codex Parisinus 1220, sub finem saeculi XIII ex-

aratus, a D. Hamm anno 1850 partim cum Turnebi editione collatus, partim accurate descriptus.

Idem vir doctus codicum Parisinorum 1297, 2007, 2518, saeculo XVI conscriptorum, paginas nonnullas cum Turnebi editione contulit, quorum codicum is, qui 2518 numeratur, Angeli Vergicii manu Venetiis exaratus est.

Codices A et B ita secutus sum, ut nusquam, nisi monito lectore ab eorum auctoritate recesserim; reliqui nullam mihi utilitatem attulerunt.

Praeterea siglis usus sum his:

Turn. ΕΡΜΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ ΠΟΙΜΑΝΔΡΗΣ. ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ ΟΡΟΙ ΠΡΟΣ ΑΜΜΟΝΑ ΒΑΣΙΛΕΑ. Mercurii Trismegisti Poemander, seu de potestate ac sapientia divina. Aesculapii definitiones ad Ammonem regem Parisiis 1554. Apud Adr. Turnebum typographum Regium. 4to.

Vergic. Angeli Vergicii variantes lectiones, in editione Turnebiana pag. 103 exhibitae.

Fluss. Mercurii Trismegisti Pimandras utraque lingua restitutus, D. Francisci Flussatis Candallae industria, Burdigalae, Apud Simonem Millangium, ... 1574. 4to.

Patric. Francisci Patricii nova de universis philosophia Ferrariae, Apud Benedictum Mammarellum. 1591. fol.; et novo titulo: Nova de universis philosophia, libris quinquaginta comprehensa Auctore Francisco Patritio Venetiis, Excudebat Robertus Meietus 1593. fol.

Tied. Hermes Trismegists Poemander oder von der göttlichen Macht und Weisheit, aus dem Griechischen übersetzt von Dieterich Tiedemann. Berlin und Stettin, bei Friedrich Nicolai. 1781. 8vo.

Turnebi et Flussatis prooemia integra, Patricii prae-

fationis eam quae ad Hermetem pertinet particulam, propter magnam exemplarium raritatem, denuo excudenda curavi.

Personae in dialogis (cap. 1. 2. 4. 8. 10. 11. 12. 13) obviae nonnisi in B et Ficini versione indicantur; nonnunquam ex Tiedemanni auctoritate suppletæ sunt.

Versionem latinam, primum a Marsilio Ficino compositam, deinde a Flussate, post a Patricio refictam, hic illic denique a me ipso mutatam, ut quam proxime ad graeca accederet verba, textui subieci.

Quod opus si eruditi benigniter exceperint, reliqua Hermetis scripta, apud Lactantium, Cyrillum, Stobaeum servata, novis curis edituri sumus.

G. PARTHEY.

Berolini, mense Februario 1854.

Praefatio editionis Turnebianae. Parisiis, 1554.

*Τῷ σοφωτάτῳ καὶ λογιωτάτῳ Λαγκιλώτῳ
Κάρλῳ, καὶ αἰδεσιμωτάτῳ ἐπισκόπῳ Ρηγιέων,
Ἄγγελος ὁ Βεργίκιος εὖ πράττειν.*

Ἐρμῆς ὁ Τρισμέγιστος, αἰδεσιμώτατε δέσποτα, Αἰ-
γύπτιος μὲν ἦν τὸ γένος, πατὴρ δὲ ἢ μητὴρ οὐδεὶς ἂν
ἔχοι τῷ ὄντι τίνος εἰπεῖν. ἤμασε δὲ πρὸ τοῦ Φαραῶ,
ὥς πολλοῖς τῶν χρονογράφων δοκεῖ. ὑπολαμβάνουσι
δὲ τινες αὐτὸν εἶναι τὸν παρ' Αἰγυπτίοις καλούμενον
Θῶθ, ἐξ ὧν καὶ ὁ Κικέρων εἰς ὧν τυγχάνει. ἀλλὰ καὶ
ισόχρονον τοῦτον τινες συγκαταριθμοῦσι τῷ Φαραῶ,
οἷσπερ ἐγὼ οὐ συγκατατίθεμαι δι' αἰτίαν τοιαύτην· Φασὶ
τὸν Θῶθ βασιλέα Αἰγυπτίων εἶναι, ὁμοίως δὲ καὶ τὸν
Φαραῶ· ὥστε ὁ Θῶθ εἰ ἦν ἰσόχρονος τούτῳ, ἦσαν ἂν
τὸν αὐτὸν χρόνον βασιλεύοντες Αἰγυπτίων καὶ ἄμφω.
τοῦτο δ' οὐδεὶς μήτε τῶν χρονογράφων μήτε τῶν τὰ Αἰ-
γυπτιακὰ ἱστορούντων ὁμολογεῖ· ὥσθ' ἔπεται τοῦτον εἶναι
ἢ πρὸ αὐτοῦ ἢ μετ' αὐτόν. μετ' αὐτὸν δὲ παρ' οὐδενὶ τούτων
εἴρηται· τοιγαροῦν πρὸ αὐτοῦ. εἰ δὲ πρὸ τούτου, ἄρα καὶ
πρὸ Μωσέως. τοῦτον οὖν φασὶν ἀποδημοῦντα τῆς ἑαυτοῦ
πατρίδος, περιέειναι πᾶσαν τὴν ὑφ' ἥλιον, ἀρετῆς καὶ σο-
φίας ἀντιποιούμενον· παιδεύειν δὲ πειραῶσθαι τοὺς ἀν-
θρώπους ἕνα θεὸν μόνον δημιουργόν· καὶ γενέτορα πάν-
των σέβασθαι καὶ τιμᾶν, ἐπιδεικνύμενον ἅμα, ὥτινι τρόπῳ
δεῖ προσκυνεῖν αὐτόν· βιῶναι δὲ βίον πάνσοφον καὶ θεω-
σεβῆν, ταῖς τοῦ νοῦ θεωρίαις σχολάζοντα, τῶν τε κατω-
φερῶν τῆς ὕλης οὐ φροντίζοντα· ἐπανελθόντα δ' εἰς τὴν

πατρίδα συγγράμματα γράψαι τῆς κατ' ἐκείνο καιροῦ
 μυστικῆς φιλοσοφίας τε καὶ θεολογίας πολλά· ὧν τὰ κατ'
 ἐξοχὴν δύο ἐστί· τὸ μὲν Ἀσκληπιὸς κέκληται, τὸ δὲ Ποι-
 μάνδρης, καὶ ἔστι τὸ παρόν. ὃ πάλαι μὲν εἰς τὴν τῶν
 Λατίνων γλῶτταν μεθερμηνευθέν, οὐ μάλ' ἐξηκριβωμένως
 δέ, ἐν ταῖς Ἑνεταῖς παρ' Ἀλδῶ τῷ Ῥωμαίῳ τετύπεται·
 ὁψὲ δέ ποτε καὶ ἐν Φλωρεντία εἰς τὴν ἐπιχώριον διά-
 λεκτον πάλιν ἐκ τούτου μεταφρασθὲν καὶ ἐκτυπωθὲν ἐξε-
 δόθη. περὶ δὲ τοῦ τυποῦσθαι τοῦτο εἰς τὴν ἐλλάδα φω-
 νήν, ἐξ ἧς αὐτὰ μετεφράσθη, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἢ ἀμελεία
 τῶν τυπογράφων ἢ καὶ ὀλιγωρία, οὐδ' ὅλως μνεῖα πε-
 ποίηται· ὅθεν ἡμεῖς οὐκ εὐλογον εἶναι τοῦτο διασκεψά-
 μενοι, ἐπιμελεῖσθαι μὲν μᾶλλον τῶν ἐξ αὐτῆς ἐκβληθέν-
 των τῆς δ' ἀρχετυπωτέρας ἀφροντίστως γ' ἔχειν, ᾧ ἤθη-
 μεν δεῖν τοῦτό γε νῦν καὶ ἑλληνιστὶ τυπωτέον τ' εἶναι,
 καὶ σοὶ γε προσφωνητέον, τῷ πολλὴν ἐπὶ ταῖς ἱερολογίαις
 ποιουμένῳ σπουδὴν παλαιαῖς τε καὶ νέαις, ἵνα προσέτι
 καὶ τῶν ἀρχαιοτέρων μὴ ἀμύητος ᾖ, ὅπως τῆς τῶν θεῶν
 εἶχον εἰδήσεως. ἐοίκασι γὰρ ταῖς καθ' ἡμᾶς ἐν ἐνίοις
 συνάδειν, ὥς ἔστιν ἐν τῷ παρόντι εἰδέναι. πρόκειται γὰρ
 τῷ Ἑρμῇ, διαλεγομένῳ ἐνταῦθα πρὸς Ἀσκληπιόν τε τὸν
 μαθητὴν καὶ Τὰτ τὸν υἱὸν αὐτοῦ, εἰπεῖν περὶ τε τῶν
 θεῶν καὶ ἀπορρήτων πραγμάτων, ὥστε σὺν πάσῃ προ-
 σοχῇ καὶ ἀκραιφνεῖ διανοίᾳ διδάσκεσθαι αὐτοὺς ταῦτα·
 διὸ καὶ εἰκότως οἶμαι τὸν Ποιμάνδρην προταχθῆναι ἐν
 τῷ διαλόγῳ τούτῳ, τουτέστι τὸν θεῖον καὶ ἡγεμονικὸν
 νοῦν τῆς ψυχῆς, τὸν τοῖς ἑαυτοῦ κινήμασι ποιμαίνοντα
 καὶ θεωροῦντα τὰ ὄντα, ὃν καὶ Ἀριστοτέλης ἀπαθῆ καὶ
 αἰδιδιον ἀποφαίνει, ἐφ' ᾧ τεκμαίρεσθαι τοῦτο, ὅτι τοὺς τὰ
 θεογνωσίας βουλομένους ἀκροάσασθαι καὶ μαθεῖν λόγια,
 δεῖσθαι τινος πρῶτον θείας ἐλλάμψεως, ποδηγούσης αὐ-
 τοὺς εἰς τὴν ἀκριβῆ ἐκείνων κατάληψιν· ὅπερ οὐχ οἶόν
 τε ἄλλως γενέσθαι, πρὶν ἢ ἀποθέσθαι πᾶσαν βιωτικὴν

ἀπάτην καὶ μέριμναν τοῦ πρὸς τῶν τῆς ὕλης ἀπομαραι-
 νομένου νοός, καὶ τούτων γε ἤδη ἀποκαθαιρομένου, καὶ
 πρὸς τὸν θεῖον ἐκείνον καὶ πατρικὸν νοῦν ἀποκαθιστα-
 μένου, ἄπτεσθαι ἀσφαλῶς τῆς αὐτῶν θεωρίας καὶ γνώ-
 σεως. ὥς οὖν καὶ ὁ θεσπέσιος οὗτος τῆς σωματικῆς
 ἀγλῦος ἀπαλλαττόμενος, καὶ πρὸς ὕψος θεωρίας ἐπαιω-
 ρήσας τὸν νοῦν, καὶ ὅλως τοῦντεῦθεν ἔνθους γενόμενος,
 ἄρχεται ἑαυτὸν ἐρωτᾶν, δηλαδὴ τὸν Ποιμάνδρην, τὸν καὶ
 αὐθεντίας νοῦν καλούμενον, τοῦ τὴν φύσιν τῶν ὄντων
 μαθεῖν, καὶ γινῶναι τῶν πάντων πατέρα τε καὶ δημιουργ-
 γὸν θεόν· πρὸς ὃν ἐκεῖνος ἀπαμειβόμενος δείκνυσιν εὐσε-
 βῶς καὶ διερμηνεύει πᾶν τὸ μεγαλεῖον τῆς τοῦ θεοῦ
 σοφίας τε καὶ δυνάμεως καὶ τῆς ἐκείνης πανσόφου καὶ
 προνοητικῆς διοικήσεως· ὥστε καὶ πυνθανόμενον ταῦτα
 καὶ διανοηθέντα, ἐκπλήττεσθαι καὶ βοᾶν „δόξα τῷ πατρὶ
 καὶ θεῷ. ἅγιος ὁ θεὸς ὁ πατὴρ τῶν ὅλων. ἅγιος ὁ
 θεὸς οὗ ἡ βουλὴ τελεῖται ἀπὸ τῶν ἰδίων δυνάμεων. ἅγιος
 ὁ θεὸς ὃς γνωσθῆναι βούλεται καὶ γινώσκεισθαι τοῖς ἰδίοις
 τῶν ἔργων.“ καὶ τὰ ἐξῆς τοῦ λόγου. εἴτα διδάξαι τοὺς
 ἄλλους ταῦτα βουλόμενος, πρῶτιστα πάντων τυχεῖν εὐχε-
 ται θείας τινὸς ἐπινεύσεως καὶ ἰσχύος τοῦ ταῦτα διεξελ-
 θεῖν ἀκριβῶς. οὕτως δ' εἰπὼν τρέπει τὸν λόγον πρὸς
 τὸν Ἀσκληπιόν, καὶ οἷον ἀποκρινόμενος τάδε φησί „τὸ
 θεῖον καθὸ θεός, ὃ Ἀσκληπιέ, ἀγέννητόν ἐστι· εἰ δ' ἀγέν-
 νητον καὶ ἀνουςίαστον· τὸ δ' ἀνουςίαστον πάντως οὐκ
 ἐν αἰσθήσει περιληπτόν, ἀλλὰ μόνον νοητόν· τοῦτο δ'
 ἀκίνητον ὃν πάνθ' ὑπ' αὐτοῦ κινεῖται καὶ προνοεῖται,
 φύσει ἀγαθὸν ὄν“ καὶ τὰ λοιπὰ τῆς προγνωσίας τῶν
 πάντων καὶ φύσεως. ἔπειτα προτευνάμενος πρὸς Τὰτ τὸν
 διάλογον, πρῶτα μὲν ὥς εὐχὴν ἐκτελῶν πάλιν φαίνεται,
 καὶ οἷον ἐξυμνεῖν τὸ θεῖον δοκεῖ· εἴτα ἀνταυθὰ τὰ τῆς
 θείας φύσεως ἐπιδεικνύς, πρὸς τούτοις τε ἀριδῆλως δι-
 δάσκει καὶ τὴν ἐπάνοδον τῶν ψυχῶν, βαπτιζομένων εἰς

τὸν κρατῆρα τοῦ νοῦ, διὰ τοῦ κηρύγματος τοῦ παρὰ θεοῦ πεμφθέντος ἐπὶ τῆς γῆς, φάσκων ταυτί „ὅσοι μὲν συνῆ-
 καν τοῦ κηρύγματος τούτου καὶ ἐβαπτίσθησαν τοῦ νοός, οὗτοι μετέσχον τῆς θείας γνώσεως, ὅσοι δ' ἤμαρτον τοῦ
 κηρύγματος καὶ οὐ προσειλήφασιν τὸν λογικὸν νοῦν, αἰ
 αἰσθήσεις τούτων ταῖς τῶν ἀλόγων ζώων εἰσὶ παραπλή-
 σιαι· ἀλλ' οὐ δύναται τις, φησί, βαπτισθῆναι εἰς αὐτόν,
 ἐὰν μὴ πρῶτον τὸ σῶμα αὐτοῦ μισήσῃ, τουτέστι τὸ ὑλι-
 κὸν καὶ γεῶδες φρόνημα τῆς σαρκός, καὶ πρὸς ἐκεῖνον
 τὸν ἔνθεον νοῦν ὅλως γένηται.“ ἀρίστη καὶ εὐαγγελικὴ
 διδασκαλία αὕτη δοκεῖ. ὥστε καὶ φαίης ἂν αὐτὸν οὐ-
 τωσί λέγοντα ἴσως θεσπιφδόν τινα καὶ μύστιν τυγχάνειν
 ὄντα θεοῦ· ἐν πολλοῖς γὰρ καὶ ἄλλοις τῶν πρὸς αὐτοῦ
 ῥηθέντων οὐ διοίσειν τῶν παρ' ἡμῖν ἱερολογούντων δό-
 ξειεν ἂν· οἷόν ἐστιν, ὅτε περὶ τε καλοῦ καὶ κακοῦ διαλε-
 γόμενος λέγει, ὅτι παρὰ τῷ θεῷ μόνον εἰσὶ. καὶ ὅτι ἡ
 ἀγνωσία αὐτοῦ μέγιστον ἐν ἀνθρώποις κακόν ἐστι, καὶ
 περὶ ψυχῶν ἀφθαρσίας τε καὶ κολάσεως, ἔτι δὲ περὶ τοῦ
 ἐν ἀνθρώποις κοινοῦ νοῦ, ποῖός τις ἔστι καὶ τί δύναται·
 ἀλλὰ δὴ καὶ περὶ τῆς παλιγγενεσίας τε καὶ ἐπαγγελίας
 τῶν ἀγαθῶν, ἔνθα φησί τὸν τῆς παλιγγενεσίας δημιουργ-
 γὸν εἶναι θεοῦ παῖδα καὶ ἀνθρώπον ἕνα· καὶ περὶ πολ-
 λῶν ἄλλων θεοσεβῶν, αἱ διὰ τὸ παρεῖναι ἐν τοῖςδε τῶν
 κεφαλαίων, τὸν ἀριθμὸν ὄντων πεντεκαίδεκα πάντων,
 ἀφίημι παριῶν· πλὴν ὅτι τὸ μέγιστον καὶ θαυμασιώτε-
 ρον πάντων τῶν ὑπ' ἐκείνου ῥηθέντων οὐ πάρεργον ἔδοξε
 μοι εἰπεῖν. γέγραπται μὲν τῷ Σουίδα, κεκληῆσθαι τρις-
 μέγιστον τὸν Ἑρμῆν διὰ τὸ περὶ τῆς τριάδος φθεγξά-
 μενον ταῦτα εἰπεῖν· „ἐν τριάδι μίαν εἶναι θεότητα. οὕτως
 ἦν φῶς νοερὸν πρὸ φωτὸς νοεροῦ, καὶ ἦν αἰεὶ νοῦς νοός
 φωτεινός, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἦν ἢ τούτου ἐνότης ἢ πνεῦμα
 πάντα περιέχον· ἐκτὸς τούτου οὐ θεός, οὐκ ἄγγελος, οὐκ
 οὐσία τις ἄλλη· πάντων γὰρ κύριος καὶ πατὴρ καὶ θεός,

καὶ πάντα ὑπ' αὐτὸν καὶ ἐν αὐτῷ ἐστίν· ὁ γὰρ λόγος αὐτοῦ παντέλειος ὢν καὶ γόνιμος καὶ δημιουργός, ἐν γονίμῳ φύσει παῖς ὢν, καὶ γονίμῳ ὕδατι ἔγκυον τὸν ἄνθρωπον ἐποίησε. καὶ ταῦτ' εἰρηκῶς ἠΰξατο λέγων· „ὀρκίζω σε οὐρανὲ θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον· ὀρκίζω σε φωνὴν πατρὸς ἣν ἐφθέγγετο πρώτην, ἥνικα τὸν πάντα κόσμον ἐστηρίξατο· ὀρκίζω σε τὴν τοῦ μονογενοῦς λόγου καὶ τοῦ πατρὸς τοῦ περιέχοντος πάντα· ἴλεως, ἴλεως ἔσο.“ ἰδοὺ διαρρηδὴν θεολογεῖν τὴν πάνσεπτον τριάδα θαυμασίως καὶ εὐαγγελικῶς ἡμᾶς ἐξεπαίδευσεν. ἀλλ' εἰ καὶ ἐν τῷ παρόντι οὐκ ἔστιν οὕτωςι κατὰ λέξιν εὐρεῖν, ἅτε δὴ τῷ Σουίδᾳ εἴρηται, οὐδὲν θαυμαστόν. ἐνῆν γὰρ αὐτῷ που τετυχηκότι βιβλίου τινὸς μᾶλλον τῶν ἡμετέρων διορθουμένου ταῦθ' εὐρεῖν παρ' αὐτῷ. εἴωθε γὰρ πάσχειν διαφθοράν τὰ βιβλία συχνά, ἢ τοῦ μακροῦ χρόνου ἕνεκα, ἢ τῶν γραφόντων ἀπαιδευσίᾳ, ἢ δὴ καὶ ἀπροσεξίᾳ, μᾶλλον δ' ἀγνωσίᾳ τῶν κεκτημένων αὐτὰ κακῶς ἐπιμελουμένων. καὶ γὰρ εὗρομεν καὶ παρὰ τῷ Στοβαίῳ πολλά τε ἄλλα καὶ θαυμαστὰ τοῦ Ἑρμοῦ, ὧν ἐν τοῖς ἡμετέροις τῶν ἀντιγράφων οὐδὲν ἐστι. τούτου δὴ ἕνεκα μήτε τῷ Σουίδᾳ τις ἀπιστεῖτω, μήτε μὴν τὸ βιβλίον ἀπαξιούτω, εἰ οὐ πάρεστιν ἐν αὐτῷ· ἀλλ' ἀρκεσώμεθα τοῖς εὕρισκομένοις, ἐπεὶ γε τὸ ἔχειν ἄμεινον πάντως τοῦ προσδοκᾶν πέφυκε. τὰ δ' ἄλλα εὐχομαί σε

Δηρὸν ἐυζῶειν καὶ ὄρεῖν φάος ἡλείιο,

Ὀλβιον ἐν λαοῖς καὶ γήραος οὐδὸν ἰκέσθαι,
κατὰ τὸν ποιητὴν. ἔρρωσο.

Praefatio editionis Flussatis Candallae. Burdigalae,
1574.

Franciscus Flussas
lectori Θεοφύλῳ ἐνθελίαν.

Quandoquidem omnium eorum quae sunt causas a Divinis ortum ducere constat, universus philosophiae splendor apud omnes et singulos eius scopum disquirentes unicus fuit supremi illius Boni perquirendi conatus, nullo discrimine recte ac oblique philosophantibus, quo nihil praestantius vel potentius extat. id utique uni tantum animantium se discernendum praebet, ei nimirum quod ex ipsius Boni proprio potissimam constitutionem suscipit. quo vetus illa priscorum *παροιμία*, τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ νοητόν, partibus suis functa, omne genus hominum in propria munera obeunda prorsus adigat. hominis namque concinnitatem in iis quae a bona mente tractantur speculandis consistere citra controversiam habetur. homo quippe animal Divinum solum philosophandi capax Divina contemplatur, ac per suimet Divinitatis spectationem supremum illud Bonum, omnis potentiae simulac virtutis originem Deum, omnium opificem et causam, peculiari et sibi destinato munere concipit: tumque verae philosophiae insectator est, cum philosophiae verum

et unicum insectatur scopum. quum autem a vero excidit, et alienum inquirens, non philosophus at φιλόδικος, aut equidem φιλόδοξος nuncupandus est. quocirca ne proprii instituti fungendi praecipuo tuo homini depereat occasio, praestantissimi huius boni conceptum, sub Pimandrae vocabulo illustrissimi huius Ter maximi Mercurii opera denunciatum exhibeo. cuius proventu, candide θεόφοβε, tria haec cuivis animae ratiocinanti admodum elegantia suscipies, Dei nempe, sui, ac mundi considerandi copiam, ac horum assequendorum conatus, subtili brevilocatione tradita. quae cum antiquissima ac praeter chartarum praesidium vetusta sint, ne si pleraque varia in transcribendis exemplaribus pingentium incuria aut ignorantia rei suborta sint, mireris. quantum itaque in nobis extitit, intemeratam texturae sinceritatem nec minus tuendam, quam ut par erat, sensum pro dignitate investigandum curavimus. quapropter dictiones aut particulas, quas a graeco exemplari ad annum 1554 edito detraximus, ad oram codicis e regione contulimus: ut tibi varietatis causa nullo taedio sit obvia. harum autem dictionum nonnullas a pristinae editionis indice selegimus: quas aliquando a textura deletas esse idem indicat index: aliquas vero, accito consultorum assensu, non tantum graecarum, sed etiam orientalium linguarum (ut pote Josephi Scaligeri, iuvenis illustrissimi, non minus doctis linguis eruditi, quam conditione et prosapia praeclari) opera, perpauca pingentis errores sarcientes transtulimus, quarum loquutiones passim a latinis alienas, cum verborum phrasi, tum hieroglyphicarum significationum vetusta frequentia comperies. at quoniam hic Mercurii libellus philosophiam Divino permiscet oraculo, utrique, philosophiae nempe et divino sermoni denunciando, cum saepe numero latina vocabula desint, ab iis qui philosophiam

ac Divina scripserunt, verba sumenda fuere: ut quam accurate liceret authoris conceptum verbis assequeremur. nam divinarum rerum et philosophiae expertes, qui linguae latinae primordia construxerunt, propriae linguae vocibus ignota proferre non poterant. a Graecis ideo qui et philosophiae et religionis nullum non moverunt lapidem, peculiariora quam plura verba commodo suscepimus, a latinis authoribus hinc inde ac utcunque sata. ante nos Marcilius Ficinus, vir non mediocri scientia praeditus, antiquam hanc graecam versionem in latinam velut sui laboris novale transtulit: hunc sequutus Gabriel Prateolus in nostrum Gallorum idioma convertit, nulla interpretandae rei sollicitudine ducti, ac eapropter ab authoris sententia subinde divagantes. et licet Aegyptium non constet exemplar, Graecum tamen huius Pimandrae a peritissimo quopiam antiquo translatum esse liquet, cum dictionis venustate, tum admiranda verborum ἐμφάσει, in enunciandis tantae philosophiae secretis. Ficinus namque hunc latino donans, sua liminari, qua via de Graeca versione intellexerit, silentio praetermittit. id unum tamen effundit, Mercurium nempe literis Aegyptiis primum edidisse, eundemque graecae linguae peritum, translato volumine Aegyptiorum mysteria Graecis communicasse. quod habuisse videretur a religioso quodam Leonardo Pistoriensi, qui tractatum hunc, cui de Potestate et sapientia Dei nomen indidit, prior in Florentiam e Macedonia detulit, et manibus principis Cosmae Medicis commisit. cuius praecepto Ficinus in latinum, tanquam a Mecaenate suscipiens, et suae culturae novalia persolvens transtulit. obiter quidem. transferendum enim, non interpretandum volumen, pluribus passim variatis nec non omissis aggressus est, quae omissa hac stellula * et hac virgula recta | conclusa reperies. non arbitror equidem

Ficinum temere graecam versionem eidem Mercurio ascripsisse. quocirca non immerito praesagiendum fuit, peritum quendam graecam editionem constituisse. quod secus Apuleio in traducendo volumine de voluntate Dei ab eodem Mercurio contigit. is namque aliqua vulgo prodidit, quae Mercurium nostrum idololatriae contagio (quamvis a se remotissimo) impie affecerunt, abrogato exemplari graeco, ne (ut putatur) pateat illius in hunc patratum scelus. homo namque ἀπίστος ac innumeris sceleribus obsitus legitur Apuleius. quare non erit mirum, tanti viri nomen huius κακούργου conatu impugnari. quin proinde iustum censemus, foedatum libellum (exemplaris graeci redemptionem praestolantes) inter haec omitti: ut quae citra labem ab hoc Divino philosopho suscepimus, tibi vigili θεοφύλαξ ac pio lectori, augustum quidem opus, licet non pro sui dignitate cultum exhibeamus, temporis quidem lapsu vitio maculatum, sed pro conatu restitutum ac elucidatum: ut Dei, tui, mundique noscendi copiam fauste perhibens, infima intelligentiae Divinae nocua coerceat, et suprema sola mente concipienda, tuae speculationi coniuncta perpetuo foveat. de Mercurii vero ter maximi conditione et tempore plura narrantur, ac inter antiquos de hoc antiquissimo loquentes non citra controversiam. recentiorum vero Ioannes Functius chronologia sua Mercurium testatur floruisse annis 21 ante legem Mosi datam in deserto, anno exitus Israelis ab Aegypto. quod etiam difficulter constabit. nam apud antiquos receptum est, Mercurium hunc ideo Termaximum nuncupari, quod iuxta vetustos Aegyptiorum mores a maximo philosopho in sacerdotium vocaretur, a maximo philosopho in sacerdotium vocaretur, a maximo vero sacerdote in regem accitus esset. unde ter maximum illum dici, philosophum, sacerdotem, ac regem re-

ceptum est, ac proinde in Aegyptios imperium obtinuisse constat: et apud eos literarum seu scripturae primordia comperisse. antiquarum autem rerum scrutatores, plures inquirunt fuisse Mercurios, nec quis horum Trismegistus fuerit satis constat. hunc tamen a Coelo et Saturno progenitum propria testantur scripta, ac Aegyptiis *Θωθ* nuncupatum, quod nomen filio Tat graecum pater scribens, invariatis praecipuis literis transtulisse patet, sui nominis monimentum posteris inculcans, veram dictionem graecam *Ἐρμῆν*, quae Mercurium Latinis sonat, data opera praeteriens, ne ab eo inchoatum nomen a futura progenie deleretur. quod non parum indicat Mercurium sui ipsius graecum fuisse interpretem. alius namque Graecus Mercurii veram denominationem *Ἐρμῆν* aegre silentio praetermisisset, ut filio Tat patris aegyptiacam vocem *Θωθ* conferret, quae quidem ab ipso Mercurio sumens originem in futuras progenies graderetur. quocirca non temere in tanta scribentium controversia Mercurius hic Trismegistus aliorum Mercuriorum progenitor aut saltem secundus fuisse videretur, cum is ipse non a Mercurio, sed a Coelo et Saturno se genitum fateatur. nam hac lege satius illi congruerent, quae de tanto connumerantur homine. literarum enim auctor esse non poterat, quin Mosis tempora praecederet. Mosen namque a cunabulis omni Aegyptiorum doctrina scriptura sacra testatur imbutum, quod absque literis fuisse difficile creditur, nec insuper Aegyptiorum imperium consequi post Pharaones, ac alia pleraque nomina, quibus qui de ipso narrant sibi congregiuntur. praeterea cum ante et post Mosen alii Aegyptiis imperantes historiis enumerati sint, Trismegistum antea regnum tenuisse necessarium appareret. non enim alias esset Mercurius Saturni filius, qualem se 10 cap. profitetur: nam floruit Saturnus Sarug

atavi Abraham temporibus. quare circa tempora Abraham illum floruisse putaremus. inter quae tam variis fluctibus aestuantia prae vetustate rei, antiqui illius graeci Suidae scriptis consultis quae de Mercurii tempore dixerit narrabimus. ait namque Suidas, Mercurium Trismegistum sapientem Aegyptium floruisse ante Pharaonem. Pharaonem autem, fatur idem, illum fuisse Aegypti regem, qui sequentibus nomen indidit. quare si primum Pharaonem praecesserit, non citra horum trium patriarcharum tempora fuisse constat, cum Abraham, Iacob aut Israelis tempore iam adessent regno Pharaones. haec sagaci lectori a nobis collecta discutienda relinquimus. quocirca, Christiane lector, quoquo se vertat Termaximi illius status aut conditionis negotium, iis quae de ipsius dicuntur tempore, disciplinam ab ipso traditam antepone, ac Mercurium suscipe, non modo tanquam philosophum prophetam, verum et philosophum evangelistae nomen promeritum. hic namque gratiam praecipuis effectibus nunciatis homini propalavit, et huius salutem, a Dei filio uno homine regenerandis hominibus dato, pendere primus aperuit. exponendum autem volumen utrisque, graecis ac latinis e regione constitutis curavimus characteribus, distinctiones sectionum ad interiorem exemplaris oram numeris designantes, quas quidem commentariis gallicis scribendis observavimus. aequi igitur bonique consule et labori nostro indulge.

E praefatione editionis Patricianae. Ferrariae, 1591.

.... Sane universalia principia Hermes Termaximus descripsit duabus voluminum myriadibus, authore Seleuco. sed tribus myriadibus sexque chiliadibus simul quingentis atque quinque vigintique libris, refert Manethus, Mercurium cuncta complexum ad unguem ostendisse.

De tanto vero numero soli supersunt ex Ficini sententia duo, Poemander graece et Asclepius latine ab Apuleio iamdiu versus. quod et Vergicius et Flussas Candalla senserunt, qui graecum illum imprimi curarunt. sed nostra sententia Poemander ille a Ficino in 14 capita dissectus non unus liber est, sed totidem libelli per se, a Poemandro separati, cui solus primus debetur. reliqui cum nullam Poemandri mentionem faciant nec ab eo pendeant aut ordine dogmatum aut connexione ulla, Poemandri partes dici non possunt. esse autem eos ab illo diversos, et quae modo diximus et personae aliae, Tatus et Asclepius, et tituli ab illo, alii Clavis Crateris et reliqui libris addito, satis clarum faciunt. sed extat et alius titulo sacri libri, quem nos in Cypro in monasterio cui nomen Enclistra simul cum reliquis invenimus, et quem Ioan. Stobaeus Eclogis suis physicis inseruit, cum fragmentis aliis et libellis etiam non paucis, partim ex-

tantium partim etiam non extantium. quae omnia nos in unum contulimus volumen, simul cum iis pauculis, quae tum apud Cyrillum, libris contra Iulianum, tum apud Suidam reperimus; et iuxta nostra illa exemplaria plus quam mille quadraginta loca tum in Ficinianis, tum in Stobaeanis et Candallianis emendavimus. quae lectionum varietas necessitatem nobis imposuit, ut omnes novo labore verteremus. sed et ordinem libellorum mutavimus, ita ut materierum sequella magis sit connexa, et scientifica magis appareat.

.... Videtur autem Hermes hic Trismegistus coëtanus quidem fuisse Mosy, sed paulo senior. scribit n. Eusebius in Chronico, anno Armei Aegypti regis primo, Cath filium Trismegisti floruisse. is autem annus ante Mosis obitum vigesimus circiter fuit. apparebit autem ex hisce Hermetis tum libellis tum fragmentis pia quaedam erga Deum philosophia, fidei dogmatibus ut plurimum consona. apparebit quoque graecas philosophias omnes, Pythagoream, Platoniam in divinis ac morum dogmatibus, Aristotelicam autem et Stoicam in physicis, et medicinae etiam prima principia, et ex his et ex aliis qui perierunt eius libris fuisse desumptas. quamobrem longe satius et christianis hominibus consultius et utilius longe futurum esse, si Hermetis dogmata potius quam Aristotelica, quae ubique magna scatent impietate, in scholis publicis et monachorum Aristoteli nimium addictorum coenobiis aliquando legantur. quod ut commodius fieri queat, libellos iuxta materierum uti diximus sequelam ac seriem in ordinem redeimus.

Ἑρμοῦ τοῦ τρισμαγίστου

1. Ποιμάνδρης.	pag. 1
2. πρὸς Ἀσκληπιὸν λόγος καθολικός.	19
3. λόγος ἱερός.	31
4. πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Τάτ λόγος ὁ κρατὴρ ἡ μονάς.	34
5. πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Τάτ, ὅτι ἀφανὴς ὁ θεὸς φανερώτατός ἐστιν.	41
6. ὅτι ἐν μόνῳ τῷ θεῷ τὸ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλαχόθι δὲ οὐδαμοῦ.	48
7. ὅτι μέγιστον κακὸν ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἡ περὶ τοῦ θεοῦ ἀγνοσία.	54
8. ὅτι οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπόλλυται, ἀλλὰ τὰς μεταβολὰς ἀπω- λείας καὶ θανάτους πλανώμενοι λέγουσιν οἱ ἀνθρώποι.	56
9. περὶ νοήσεως καὶ αἰσθήσεως, καὶ ὅτι ἐν μόνῳ τῷ θεῷ τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλαχόθι δὲ οὐδαμοῦ.	61
10. κλείς, πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Τάτ.	67
11. Νοῦς πρὸς Ἑρμῆν.	85
12. περὶ νοῦ κοινοῦ πρὸς Τάτ.	99
13. πρὸς τὸν υἱὸν Τάτ ἐν ὄρει λόγος ἀπόκρυφος περὶ παλιγγε- σίας καὶ σιγῆς ἐπαγγελίας.	114
Ὑμνωδία κρυπτή.	124
14. Ἀσκληπιῷ εὖ φρονεῖν.	128

Ποιμάνδρης.

3 Ἐννοιάς μοί ποτε γενομένης περὶ τῶν ὄντων, καὶ με- 1
τεωρισθείσης μου τῆς διανοίας σφόδρα, κατασχεθείσῶν
τε τῶν σωματικῶν μου αἰσθήσεων — καθάπερ οἱ ἐν
6 ὑπνῷ βεβαρημένοι ἐκ κόρου τε καὶ τροφῆς ἢ ἐκ κόπου
σώματος — ἔδοξά τινα ὑπερμεγέθη μέτρῳ ἀπεριορίστῳ
τυγχάνοντα καλεῖν μου τὸ ὄνομα καὶ λέγοντά μοι, Τί
9 βούλει ἀκοῦσαι καὶ θεάσασθαι καὶ τί νοήσας μαθεῖν

1. τρισμεγίστου] In margine superiore paginae primae B haec addit Τρισμέγιστος ἐπεκλήθη ὁ Ἑρμῆς οὗτος, ὅτι ἔφησε τὸν θεὸν τρεῖς ἔχειν δυνάμεις, μίαν δὲ οὐσίαν· εἰσὶ δὲ αὐταὶ αἱ δυνάμεις· νοῦς λόγος πνεῦμα· τρεῖς ἀναρχα, μία θεότης. 3. Ἐννοίας μοί ποτε γενομένης] „Xenophon παιδείας libros ita orditur Ἐννοία ποθ' ἡμῖν ἐγένετο, ὅσαι δημοκραταὶ κατελύθησαν.“ Casaub. exerc. in Baron. p. 87. 4. μου] sic Patr., μοι reliqui. 5. τε] μου A edd. et infra omittunt. || καθάπερ] ὥσπερ Turn. Patr. || ἐν om. B. 6. ἐκ κόρου τροφῆς ἢ ἐκ κόπου. σώματος Falgentius 1. 14. in Munck. Mythogr. || τε καὶ om. A edd. || ἢ] ἢ καὶ B. 7. post τινα Patr. add. ἰδεῖν. 8. μου] μεν A, om. Turn. Fluss. 9. τί om. AB. Turn. Fluss. || νοῦσαι B. || post νοήσας B

Hermetis Trismegisti

Poemander.

Cum aliquando cogitarem circa entia, et valde elevata esset mens, sopitique mei corporis sensus — veluti qui somno sunt gravati ex satietate et luxuria vel corporis labore, — visus sum videre quendam permagnum mensura indefinita vocare meum nomen et mihi dicere: Quid vis audire et inspicere, et quid mente concipiens dis-

- 2 καὶ γινῶναι; Φημὶ ἐγώ, Σὶ γὰρ τίς εἶ; Ἐγὼ μὲν, φησὶν,
 εἰμὶ ὁ Ποιμάνδρης, ὁ τῆς αὐθεντίας νοῦς; οἶδα δὲ ὃ
 3 βούλει καὶ σίνειμί σοι πανταχοῦ. Φημὶ ἐγώ, Μαθεῖν 3
 θέλω τὰ ὄντα, καὶ νοῆσαι τὴν τούτων φύσιν, καὶ γινῶναι
 τὸν θεόν. τοῦτ', ἔφην, ἀκοῦσαι βούλομαι. Φησὶν ἐμοὶ
 πάλιν, Ἐχε νῶ σῶ ὅσα θέλεις μαθεῖν, κἀγὼ σε διδάξω. 6
 4 Τοῦτο εἰπὼν ἡλλάγη τῇ ιδέᾳ, καὶ εὐθέως πάντα μοι ἦνοι-
 κτο ῥοπῇ καὶ ὁρῶ θείαν ἀόριστον, φῶς δὲ πάντα γεγεννημένα
 ἡδιόν τε καὶ ἰλαρόν· καὶ ἡράσθην ἰδὼν· καὶ μετ' ὀλίγον 9
 σκότος κατωφερές ἦν ἐν μέρει γεγεννημένον φοβερόν τε καὶ
 στυγνόν, σκολιῶς πεπερασμένον· ὥς εἰκάσαι με ἰδόντα με-
 ταβαλλόμενον τὸ σκότος εἰς ὑγρὰν τινα φύσιν ἀφάτως τε- 12
 ταραγμένην, καὶ καπνὸν ἀποδιδοῦσαν ὡς ἀπὸ πυρός, καὶ
 τινα ἤχον ἀποτελοῦσαν ἀνεκκάλητον γοῶδη. εἶτα βοή ἐξ

add. τε καὶ. 1. φημὶ] καὶ φημι B. || γὰρ erasum in B.
 2. δὲ om. A edd. 5. τοῦτ' πῶς AB Patr. || ἔφην] ἐστὶν B. ||
 φησὶν] καὶ φησιν B. || ἐμοὶ] ἐμὲ B Patr. 7. τοῦτο] sic AB
 Patr., οὗτος Turn. Fluss. 8. ἀόριστον] γράφεται· ἀορίστην
 marg. B. 9. ἡράσθην Velsenius. 11. πεπερασμένον] sic
 Vergic. Fluss. Patr., πεπειρασμένον codd. ἐσπειρασμένον Casaub. ex-
 erc. in Baron. p. 79. || ἰδόντα] εἰδότα A edd. 11. 12. μετα-
 βαλλόμενον] γράφεται· μεταβαλεῖν marg. B. 14. ἀνεκκάλητον
 om. A. || βοή — p. 3, 1. φωτός uncis incl. Patr.

cere et cognoscere? aio ego: Tu vero quis es? Ego equidem, inquit, sum Poemander, mens eius qui dominus est, novi quid velis et tecum sum ubique. dico ego: Discere volo entia et intelligere eorum naturam et cognoscere deum. hoc, dixi, andire volo. inquit mihi rursus: Habe mente tua quaecunque vis discere, ego te docebo.

Cum hoc dixisset mutatus est forma, et illico cuncta mihi aperta sunt momento, et cerno spectaculum indefinitum, omnia videlicet in lucem conversa suaviorem et hilarem, et haec videns laetatus sum, et paulo post tenebrae deorsum latae in parte factae sunt horribiles et tristes, oblique terminatae; ut imaginarer me vidente mutari tenebras in humidam quandam naturam ineffabiliter turbatam, et fumum reddentem tamquam ab igne, et sonum quandam resonantem

αὐτῆς ἀσυνάρθρως ἐξεπέμπετο, ὥς εἰκάσαι φωνὴν φωτός.
 5 ἐκ τοῦ φωτός τις λόγος ἅγιος ἐπέβη τῇ φύσει, καὶ πῦρ
 3 ἄκρατον ἐξεπήδησεν ἐκ τῆς ὑγρᾶς φύσεως ἄνω εἰς ὕψος·
 κοῦφον δὲ ἦν καὶ ὀξύ, δραστικόν τε ἅμα· καὶ ὁ ἀήρ,
 ἐλαφρὸς ὢν, ἠκολούθησε τῷ πνεύματι, ἀναβαίνοντος αὐ-
 6 τοῦ μέχρι τοῦ πυρὸς ἀπὸ γῆς καὶ ὕδατος, ὥς δοκεῖν κρέ-
 μασθαι αὐτὸν ἀπ' αὐτοῦ. γῇ δὲ καὶ ὕδωρ ἔμενε καθ'
 ἑαυτὰ συμμεμιγμένα, ὥς μὴ θεωρεῖσθαι ἀπὸ τοῦ ὕδατος·
 9 κινούμενα δὲ ἦν διὰ τὸν ἐπιφερόμενον πνευματικὸν λόγον
 εἰς ἀκοήν.

Ὁ δὲ Ποιμάνδρης ἐμοί, Ἐνόησας, φησί, τὴν θεάν 6
 12 ταύτην ὅτι καὶ βούλεται; Καὶ γινώσκωμαι, ἔφην ἐγώ. Τὸ
 φῶς ἐκεῖνο, ἔφη, ἐγώ εἰμι νοῦς ὁ σὸς θεός, ὁ πρὸ φύ-
 σεως ὑγρᾶς τῆς ἐκ σκότους φανείσης· ὁ δὲ ἐκ νοὸς φω-
 15 τεινὸς λόγος, υἱὸς θεοῦ. Τί οὖν; φημί. Οὕτω γινῶθι·
 τὸ ἐν σοὶ βλέπον καὶ ἀκοῦον, λόγος κυρίου, ὁ δὲ νοῦς
 πατήρ θεός· οὐ γὰρ διίστανται ἀπ' ἀλλήλων· ἔνωσις γὰρ

1. ἀσυνάρθρως ἐξεπέμπετο om. A. 2. τοῦ] δὲ AB Turn.
 Fluss. || τις] τί B Turn. Fluss. om. A. 3. ἐξεπήδησεν om. A.
 4. κοῦφον δὲ om. A. 6. ὕδατος] Ἐρμῆς ὁ τρισμέγιστος ὄρᾳ
 τριάδα, ἣν Ποιμάνδρης δεικνυσιν, marg. B. 7. ἀπ'] ἐπ' Patr.
 10. εἰς ἀκοήν om. Patr. 12. γινώσκωμαι] ζήτει marg. B. 13. εἰμι]
 sic Patr. om. reliqui. 17. γὰρ post οὐ om. Patr.

indicibilem, lugubrem. inde vox ex ipsa inarticulata emittebatur, ut
 suspicarer vocem esse lucis. ex luce vero verbum quoddam sanctum
 conscendit ipsam naturam, et ignis sincerus exiliit ex humida natura
 sursum in sublime. levis autem erat et acutus atque efficax. et aër,
 et ipse levis, secutus est spiritum ascendentem usque ad ignem a
 terra et aqua, ut videretur ab ipso suspendi. terra vero et aqua
 remanserunt in se commista, ut non cernerentur ab aqua. moveban-
 turque ob illatum spirituale verbum ad auditum.

Tunc Poemander ad me: Intellexistine hoc spectaculum quid
 sibi velit? Et cognoscam, inquam ego. Lux illa, inquit, ego sum
 mens, tuus deus, qui est ante humidam naturam, quae ex tenebris
 apparuit. illud vero ex mente lucidum verbum, filius dei. Quid
 ergo? inquam. Sic nosce. quod in te videt et audit verbum est do-

τούτων ἐστὶν ἡ ζωή. Εὐχαριστῶ σοι, ἔφην ἐγώ. Ἀλλὰ δὴ νόει τὸ φῶς, καὶ γινώριζε τοῦτο, φησὶν.

7 Καὶ εἰπὼν ταῦτα ἐπὶ πλείονα χρόνον ἀντῴπησέ μοι, 3
ὥστε με τρέμειν αὐτοῦ τὴν ἰδέαν. ἀνανεύσαντος δὲ
θεωρῶ ἐν τῷ νοί μου τὸ φῶς ἐν δυνάμεσιν ἀναριθμή-
τοις ὄν, καὶ κόσμον ἀπεριόριστον γεγεννημένον, καὶ περι- 6
σχέσθαι τὸ πῦρ δυνάμει μεγίστῃ, καὶ στάσιν ἐσχηκέναι
κρατούμενον. ταῦτα δὲ ἐγὼ διανοήθην ὁρῶν διὰ τὸν τοῦ
Ποιμάνδρου λόγον. 9

8 Ὡς δὲ ἦν ἐν ἐκπλήξει φησὶ πάλιν ἐμοί, Εἶδες ἐν τῷ
νῷ τὸ ἀρχέτυπον εἶδος τὸ προϋπάρχον τῆς ἀρχῆς ἀπε-
ράντου. ταῦτα ὁ Ποιμάνδρης ἐμοί. Τὰ οὖν, ἐγὼ φημι, 12
στοιχεῖα τῆς φύσεως πόθεν ὑπέστη; Πάλιν ἐκεῖνος
πρὸς ταῦτα, Ἐκ βουλῆς θεοῦ, ἥτις λαβοῦσα τὸν λό-
γον, καὶ ἰδοῦσα τὸν καλὸν κόσμον, ἐμιμήσατο, κοσ- 15
μοποιηθεῖσα διὰ τῶν ἐαυτῆς στοιχείων καὶ γεννημά-
των 9 των ψυχῶν. ὁ δὲ νοῦς ὁ θεὸς ἀρρενόθηλος ὢν, ζωή

2. φησὶν] sic B, om. reliqui. 3. καὶ εἰπὼν] εἰπόντος A Turn.
Fluss. Patr. || ἀντῴπησέ μοι] ἀντωπησάμεθα Patr. 4. ὥστε
με om. A. 6. γεγεννημένον] ὄντως Patr. 8. δὲ ἔτι ἐγὼ A. ||
διὰ om. Patr. 10. ἦν om. A edd., et post ἐκπλήξει add. μου
ὄντος. 11. προϋπάρχον] sic Patr. προάρχον reliqui. 17. ψυ-
χῶν] ψιλῶν Fluss.

mini, mens vero deus pater; non enim distant a se invicem; unio enim horum est vita. Gratias tibi ago, inquam ego. Sed mente, inquit, concipe lucem, et cognosce ipsam.

Sic effatus diu ex adverso me fixus aspexit, ita ut tremere eius formam. abuente autem eo conspicio in mente mea lucem in viribus innumeris esse, et mundum indefinitum effectum, et cohiberi ignem vi maxima, et statum esse adeptum coactum. haec ego comprehendendi videns ob Poemandri verbum.

Itaque cum in stupore essem, ait ad me rursus: Vidistin' in mente archetypam formam, quae ante principium est principii interminati? haec Poemander mihi. inquam ego: Elementa naturae uade sunt constituta? rursus ille ad haec: Ex voluntate dei, quae accipiens verbum et videns pulchrum mundum, imitata est mundum efficiens per eius elementa et germina animarum. mens vero deus mas-

καὶ φῶς ὑπάρχων, ἀπεκύησε λόγῳ ἕτερον νοῦν δημιουργόν, ὃς θεὸς τοῦ πυρὸς καὶ πνεύματος ὧν ἐδημιούργησε διοικητάς τινας ἐπτά, ἐν κύκλοις περιέχοντας τὸν αἰσθητὸν κόσμον. καὶ ἡ διοίκησις αὐτῶν εἰμαρμένη καλεῖται.

6 Ἐπήδησεν εὐθύς ἐκ τῶν κατωφερῶν στοιχείων ὁ τοῦ 10
 θεοῦ λόγος εἰς τὸ καθαρὸν τῆς φύσεως δημιουργήμα, καὶ ἠνώθη τῷ δημιουργῷ νῶ· ὁμοούσιος γὰρ ἦν. καὶ
 9 κατελείφθη τὰ ἄλογα τὰ κατωφερῇ τῆς φύσεως στοιχεῖα, ὥς εἶναι ὕλην μόνην. ὁ δὲ δημιουργὸς νοῦς σὺν τῷ λόγῳ, 11
 ὁ περιέχων τοὺς κύκλους καὶ δινωὶν ῥοίζῳ, ἔστρεψε τὰ
 12 ἑαυτοῦ δημιουργήματα, καὶ εἶασε στρέφεσθαι ἀπ' ἀρχῆς ἀορίστου εἰς ἀπέραντον τέλος. ἄρχεται γὰρ αἰεὶ οὐ λήγει.
 ἡ δὲ τούτων περιφορὰ, καθὼς θέλει ὁ νοῦς, ἐκ τῶν κα-
 15 τωφερῶν στοιχείων ζῶα ἤνεγκεν ἄλογα· οὐ γὰρ ἐπεῖχε τὸν λόγον· ἀῆρ δὲ πετεινὰ ἤνεγκε, καὶ τὸ ὕδωρ νηκτά· διακεχώρισται δὲ ἀπ' ἀλλήλων ἡ τε γῆ καὶ τὸ ὕδωρ, κα-

1. ὑπάρχων om. A, || λόγῳ] λόγον B. 3. ἐπτά τινας A.
 4. αἰσθητικὸν A. 6. post στοιχείων libri addunt τοῦ θεοῦ, expunxit Tied. 9. κατελήφθη Patr. 11. περιέχων] sic AB, περιέσχων edd. 13. αἰεὶ] sic Patr. om. reliqui. 14. θέλει] ἡθέλησεν A. || ἐκ] καὶ ἐκ Turn. Fluss.

femina existens, vita et lux cum sit, parturiit verbo aliam mentem opificem, quae deus ignis et spiritus existens effecit rectores quosdam septem, in circulis continentes sensibilem mundum. et regimen illorum fatum vocatur.

Exiit statim ex deorsum latis elementis dei verbum in purum naturae opificium, et unitum est opifici menti; consubstantialis enim erat. et relicta sunt ratione carentia deorsum lata naturae elementa, ut essent materia tantum. mens vero opifex simul cum verbo, complectens circulos et versans impetu, revolvit sua opificia, permittitque ut revolverentur a principio indefinito in interminatum finem. incipiunt enim semper ubi desinunt. horum vero circulatio, prout vult mens, ex deorsum latis elementis animalia protulit irrationalia; neque enim praebeuit rationem; aer vero volatilia tulit, aqua vero natantia; et segregata sunt ab se invicem terra et aqua, prout vo-

θὼς ἠθέλησεν ὁ νοῦς, καὶ ἡ γῆ ἐξήνεγκεν ἀπ' αὐτῆς ἃ εἶχε ζῶα τετράποδα, ἐρπετά, θηρία ἄγρια καὶ ἡμερα.

- 12 Ὁ δὲ πάντων πατὴρ ὁ νοῦς, ὡν ζωὴ καὶ φῶς, ἀπε- 3
κίνησεν ἄνθρωπον ἑαυτῷ ἴσον, οὗ ἡράσθη ὡς ἰδίου τόκου·
περικαλλὴς γὰρ ἦν, τὴν τοῦ πατρὸς εἰκόνα ἔχων. ὄντως
γὰρ καὶ ὁ θεὸς ἡράσθη τῆς ἰδίας μορφῆς, καὶ αὐτῇ 6
13 παρέδωκε τὰ ἑαυτοῦ πάντα δημιουργήματα. κατανοήσας
✓ δὲ τὴν τοῦ δημιουργοῦ κτίσιν ἐν τῷ πατρὶ, ἡβουλήθη
καὶ αὐτὸς δημιουργεῖν. καὶ ἀπεχωρίσθη ἀπὸ τοῦ πατρὸς, 9
γενόμενος ἐν τῇ δημιουργικῇ σφαίρᾳ· ἔχων τὴν πᾶσαν
ἐξουσίαν κατενόησε τῶν ἀδελφῶν τὰ δημιουργήματα. οἱ
δὲ ἡράσθησαν αὐτοῦ· ἕκαστος δὲ μετεδίδου τῆς ἰδίας 12
τάξεως. καὶ καταμαθὼν τὴν τούτων οὐσίαν, καὶ μεταλα-
βὼν τῆς αὐτῶν φύσεως ἡβουλήθη ἀναρροῆσαι τὴν περι-
φέρειαν τῶν κύκλων, καὶ τὸ κράτος τοῦ ἐπικειμένου ἐπὶ 15
τοῦ πυρὸς καταπονῆσαι.

1. ἡ γῆ] sic Patr. om. reliqui. 3. καὶ φῶς] γράφεται· καὶ φύ-
σις marg. B. 4. ἴσον] ὅμοιον Patr. || ἡράσθη A. 5. ἦν]
sic Patr. om. reliqui. 6. αὐτῇ] sic Patr. αὐτῷ B, om. reliqui.
8. κτῆσιν AB. || πατρὶ] παντί Patr. 9. ἀπεχωρίσθη] sic Patr.
συνεχωρήθη reliqui. 10. ἔχων] ἐξ ὧν AB. 11. κατενόησε]
sic Patr., κατενόησε καὶ B, κατανοῆσαι reliqui. || τῶν ἀδελφῶν]
τοῦ ἀδελφοῦ AB, τῶν ἐπτά Patr. 12. ἕκαστος] ἑκάτερος
marg. B. 14. αὐτῶν] ἑαυτῶν A Turn. Patr. 16. τοῦ om. A. ||
κατανοῆσαι A Turn. Patr.

luit ipsa mens, et terra produxit a se quae habebat animalia qua-
drupeda, serpentia, bestias feras ac cicures.

Omnium vero pater mens, cum esset vita et lux, procreavit ho-
minem sibi similem, quem adamavit ut proprium partum; perpulcher
enim erat, patris imaginem habens. revera enim etiam deus dilexit
propriam formam, eique tradidit omnia sua opificia. cumque mente
comprehendisset opificis facturam in patre, voluit et ipse condere.
et segregatus est a patre, relictus in opificiali sphaera. habens vero
omnem potestatem consideravit fratrum opificia. ipsi vero eum di-
lexerunt, et singuli participem sui ordinis fecerunt. cumque intel-
lexisset horum essentiam, et particeps factus esset eorum naturae,
voluit perrumpere circumferentiam circularum, et potentiam eius
qui igi insidet superare.

Καὶ ὁ τῶν θνητῶν τοῦ κόσμου ζώων καὶ τῶν ἀλό- 14
 γων ἔχων πᾶσαν ἐξουσίαν διὰ τῆς ἁρμονίας παρέκλυεν,
 3 ἀναρρήξας τὸ κράτος τῶν κύκλων, καὶ ἔδειξε τῇ κατω-
 φερεῖ φύσει τὴν καλὴν τοῦ θεοῦ μορφὴν. ἦν ἰδοῦσα ἀκό-
 ρεστον κάλλος καὶ πᾶσαν ἐνέργειαν ἐν ἑαυτῇ ἔχουσαν τῶν
 6 ἑπτὰ διοικητόρων, τὴν τε μορφὴν τοῦ θεοῦ, ἐμεδιάσεν
 ἔρωτι, ἅτε τῆς καλλίστης μορφῆς τοῦ ἀνθρώπου τὸ εἶδος
 ἐν τῷ ὕδατι ἰδοῦσα, καὶ τὸ σκίασμα ἐπὶ τῆς γῆς. ὁ δὲ
 9 ἰδὼν τὴν ὁμοίαν αὐτῷ μορφὴν, ἐν ἑαυτῷ οὖσαν, ἐν τῷ
 ὕδατι, ἐφίλησε καὶ ἡβουλήθη αὐτῇ συνοικεῖν· ἅμα δὲ τῇ
 βουλῇ ἐγένετο ἐνέργεια, καὶ ἐκύησε τὴν ἄλογον μορφὴν. 15
 12 ἡ δὲ φύσις λαβοῦσα τὸν ἐρώμενον περιεπλάκη ὅλη καὶ
 ἐμίγησαν· ἐρώμενοι γὰρ ἦσαν. καὶ διὰ τοῦτο παρὰ πάντα
 τὰ ἐπὶ γῆς ζῶα διπλοῦς ἐστὶν ὁ ἀνθρώπος, θνητὸς μὲν
 15 διὰ τὸ σῶμα, ἀθάνατος δὲ διὰ τὸν οὐσιώδη ἀνθρώπον. •

1. ὁ τοῦ τῶν AB. et om. τοῦ ante κόσμον. || καὶ τῶν ἀλό-
 γων ζώων AB. 3. τῶν κύκλων] sic Patr. om. reliqui. 3.4. τὴν
 κατωφερῇ φύσιν AB. 4. ἦν] sic A Patr. ἦτις B, ὃν reliqui. ||
 ἰδοῦσα] ἰδὼν Vergic. Patr. 5. ἑαυτῇ] sic Patr. ἑαυτῷ reliqui. ||
 ἔχουσαν] sic Patr. ἔχοντα B, ἔχοντα A, ἔχον reliqui. 6. ἑπτὰ]
 sic Patr. om. reliqui. 7. ἅτε] ὥς ἅτε AB Patr. 9. οὖσαν, καὶ
 ἐν B. 10. αὐτῇ] sic Patr. αὐτοῦ B, αὐτῷ reliqui. || συνοι-
 κεῖν] sic Patr., οἰκεῖν reliqui. 11. ἐκύησε] sic Vergic. Patr., ὥκησε
 reliqui.

Quique mortalium mundi animalium et irrationalium omnem
 potestatem habuerat, per harmoniam emersit, irrumpens potentiam
 circularum, et ostendit dedrsum latae naturae pulchram dei imagi-
 nem. quam cum conspexisset insatiabilem pulchritudinem et omnem
 efficaciam in se habentem septem rectorum, et imaginem dei, sub-
 risit prae amore, utpote pulcherrimae imaginis hominis formam quasi
 in aqua vidisset, umbram vero in terra. ille vero videns similem
 sibi imaginem in se ipso existentem, in aqua, dilexit et voluit ei
 cohabitare. effectus e vestigio secutus est voluntatem, formamque
 carentem ratione progenuit. natura vero suscipiens amatum circum-
 plexa ei est tota et commisti sunt. sese enim amabant. et ob id
 praeter omnia terrena animalia duplex est homo, mortalis quidem

ἀθάνατος γὰρ ὢν καὶ πάντων τὴν ἐξουσίαν ἔχων, τὰ
 θνητὰ πάσχει ὑποκείμενα τῇ εἰμαρμένῃ. ὑπεράνω οὖν
 ὢν τῆς ἁρμονίας, ἐναρμόνιος γέγονε δοῦλος. ἄρρενόθη- 3
 λυς δὲ ὢν, ἐξ ἄρρενοθήλεος ὢν πατρός, καὶ ἄνπνος ἀπὸ
 ἀύπνου κρατεῖται.

16 Καὶ μετὰ ταῦτα νοῦς ὁ ἐμός, Καὶ αὐτὸς γὰρ ἐρῶ τοῦ
 λόγου. Ὁ δὲ Ποιμάνδρης εἶπε, Τοῦτό ἐστι τὸ κεκρυμμέ-
 νον μυστήριον μέχρι τῆσδε τῆς ἡμέρας. ἡ γὰρ φύσις ἐπι-
 μιγεῖσα τῷ ἀνθρώπῳ ἤνεγκέ τι θαῦμα θαυμασιώτατον. 9
 ἔχοντος γὰρ αὐτοῦ τῆς ἁρμονίας τῶν ἑπτὰ τὴν φύσιν,
 οὗ ἔφην σοι, ἐκ πυρὸς καὶ πνεύματος, οὐκ ἀνέμενεν ἡ
 φύσις, ἀλλ' εὐθὺς ἀπεκύησεν ἑπτὰ ἀνθρώπους, πρὸς τὰς 12
 φύσεις τῶν ἑπτὰ διοικητόρων ἄρρενοθήλεας καὶ μεταρ-
 σίους.

• Καὶ μετὰ ταῦτα, ὦ Ποιμάνδρη, εἰς μεγάλην νῦν 15
 ἐπιθυμίαν ἦλθον, καὶ ποθῶ ἀκοῦσαι. μὴ ἔκτρεχε. Καὶ
 ὁ Ποιμάνδρης εἶπεν, Ἀλλὰ σιώπα· οὐπω γὰρ σοι ἀνή-
 πλωσα τὸν πρῶτον λόγον. Ἴδου σιωπῶ, ἔφην ἐγώ. 18

1. ἔχων] ἔχει Patr. || τὰ] τὰ δὲ Patr. 2. θνητῶν B, γενητὰ
 Vergic. || πάσχειν A. || ὑποκείμενος Casaub. exerc. in Baron.
 p. 80. 4. ἄρρενοτέλος A, ἄρρενοθήλυος edd. || ὢν om A.
 6. νοῦς ὁ ἐμός] ὁ νοῦς ἐμός Fluss. 11. πυρὸς] sic Patr., πατρός
 reliqui. 13. ἄρρενοτελείας A, ἄρρενοθήλυας Turn. 15. Ποι-
 μάνδρης B, et in margine ἔφην ἐγώ. || γὰρ post μεγάλην add. edd.
 17. 18. ἀνέπλωσα] sic B Patr., ἀνεπλήρωσα reliqui. || ἐγώ] ὁ

corpore, immortalis vero ob substantialem hominem. nam cum im-
 mortalis sit et omnium potestatem habeat, mortalia tamen patitur
 subiecta fato. et cum sit harmonia superior, harmonicus fuit servus.
 et cum sit masfemina ex marifemina patre, et insomnis ab insomni
 dominatur.

Et post haec mens mea: Nam et ipse amo sermonem. Poeman-
 der vero dixit: Hoc est arcanum mysterium usque ad hanc diem.
 natura enim commista homini, protulit quoddam miraculum admira-
 bilissimum. habens enim ipse harmoniae septem rectorum naturam,
 quam dixi tibi, ex igne et spiritu, non mansit natura, sed illico pe-
 perit septem homines, ad naturam septem rectorum marifeminas et
 sublimes. et post haec: O Poemander, in magnum desiderium veni,

Ἐγένετο οὖν, ὡς ἔφην, τῶν ἐπτα̃ τούτων ἡ γένεσις 17
 τοιῷδε τρόπῳ. θηλυκὸν γὰρ ὁ ἀήρ, καὶ ὕδωρ ὀχρευτικόν.
 3 τὸ δὲ ἐκ πυρὸς πέπειρον, ἐκ δὲ αἰθέρος τὸ πνεῦμα ἔλαβε.
 καὶ ἐξήνεγκεν ἡ φύσις τὰ σώματα πρὸς τὸ εἶδος τοῦ ἀν-
 θρώπου. ὁ δὲ ἀνθρώπος ἐκ ζωῆς καὶ φωτὸς ἐγένετο εἰς
 6 ψυχὴν καὶ νοῦν, ἐκ μὲν ζωῆς εἰς ψυχὴν, ἐκ δὲ φωτὸς εἰς
 νοῦν. καὶ ἔμεινεν οὕτω τὰ πάντα μέλη τοῦ αἰσθητοῦ
 κόσμου μέχρι περιόδου τέλους ἀρχῶν καὶ γενῶν. ἄκουε 18
 9 λοιπὸν ὃν ποθεῖς λόγον ἀκοῦσαι. τῆς περιόδου πεπλη-
 ρωμένης ἐλύθη ὁ πάντων σύνδεσμος ἐκ βουλῆς θεοῦ.
 πάντα γὰρ τὰ ζῶα ἀρρενοθήλεα ὄντα διελύετο ἅμα τῷ
 12 ἀνθρώπῳ, καὶ ἐγένετο τὰ μὲν ἀρρενικὰ ἐν μέρει τὰ δὲ
 θηλυκὰ ὁμοίως. ὁ δὲ θεὸς εὐθύς εἶπεν ἀγίῳ λόγῳ, ἀν-

δέ φησιν marg. B. 1. ὡς ἔφην eras. B. 2. θηλυκὸν γὰρ
 ὁ ἀήρ] sic Patr. θηλυκὴ γῆ ἦν reliqui. 3. αἰθέρος] αἶθερος
 Fluss. 6. 7. εἰς ante ψυχὴν et ante νοῦν om. A. Turn. Patr.
 7. μέλη] sic Patr., om. reliqui. 8. ἀρχῶν καὶ γενῶν] sic Patr.
 ἀρχῶν γενῶν A, καὶ ἀρχῶν γενῶν B. 9. ὃν om. Patr. || λόγον]
 λόγου Patr. 11. ἀρρενόθην A Turn. Fluss. Patr. 13. ὁ δὲ
 θεὸς εὐθύς] quod sequitur scholion seorsim editum est e codice
 nostro B a V. Cl. Boissonade in libro cui titulus: Michael Psellus
 de operatione daemonum. Norimbergae 1838. 8. p. 153, 154. Τοῦ
 ψέλλου. Ἔοικεν ὁ γόης οὗτος τῇ θείᾳ γραφῇ οὐ παρέργως ὠμι-
 ληκέναι· ὁθεν ἐκ ταύτης ὀρμώμενος τῇ κοσμοπόλει ἐπιχειρεῖ, μηδὲ
 αὐτὰς ὀκνῶν τὰς μωσαϊκὰς λέξεις ψιλὰς ἐνίοτε ἀναγράφειν. Ὡς

et cupio audire. ne excurras. et Poemander dixit: Sed sile, non enim adhuc tibi explicavi primum sermonem. Ecce sileo, dixi ego.

Facta igitur, ut dixi, septem horum genitura tali modo. femineus enim erat aër, aqua salax. ex igne maturitatem, ex aethere vero spiritum accepit. et protulit natura corpora ad formam hominis. homo vero ex vita et luce factus est in animam et mentem, ex vita quidem in animam, ex luce vero in mentem. et remanserunt ita omnia membra sensibilis mundi usque ad finem circuitus principiorum et generum. audi tandem quem cupis sermonem audire. completa periodo solutum est universorum vinculum ex consilio dei. omnia namque animalia cum sint marifemina, solvebantur simul cum homine,

ξάνεσθε ἐν αὐξήσει καὶ πληθύνεσθε ἐν πλήθει, πάντα τὰ κτίσματα καὶ δημιουργήματα· καὶ ἀναγνωρίσατόω ὁ

καὶ τὸ προκείμενον τοῦτο ῥητὸν ὅλον· τὸ γὰρ εἶπεν ὁ θεός· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε σαφῶς ἐκ τῆς μωσαϊκῆς κοσμοποίας ἐστίν. Οὐ μὴν ἐπέμνευε παντελῶς τῇ ἀπλότητι καὶ σαφηνείᾳ καὶ τῷ εὐθεῖ καὶ εὐκρινεῖ καὶ ὅλως θεοειδεῖ τῆς γραφῆς, ἀλλ' εἰς τὸ εὐθεὶς ὑπερβύη πάθος τοῖς τῶν Ἑλλήνων σοφοῖς, εἰς ἀλληγορίας καὶ πλάνας καὶ τερατείας ἐκ τῆς εὐθείας ὁδοῦ καὶ ἀπλανοῦς ἐκτραπείς ἢ ὑπὸ τοῦ Ποιμάνδρου συναλαθείς (συνελασθείς rectius Boiss.). Οὐκ ἄδηλον δὲ ὅστις ἦν ὁ τῶν Ἑλλήνων Ποιμάνδρης. Ὁ καὶ παρ' ἡμῶν κοσμοκράτωρ ὀνομαζόμενος ἢ τῶν ἐκείνου τις· κλέπτης γάρ, φησὶν („Basilus scilicet laudatus in Stephani Thesaurō sub ἐκφερομυθῶ.“ Boiss.), ὁ διάβολος (διάβολος Boiss.) καὶ ἐκφερομυθεῖ τὰ ἡμέτερα, οὐχ ἵνα οἱ ἐκείνου μεταμάθωσι τὴν εὐσέβειαν (ἀσέβειαν Boiss.) ἀλλ' ἵνα τοῖς τῆς ἀληθείας ῥήμασι καὶ νοήμασι τὴν ἐαυτῶν δυσσέβειαν ἐπιχρῶσαντες καὶ μορφώσαντες πιθανωτέραν ἐργάσωνται καὶ τοῖς πολλοῖς εὐπαράδεκτον. Οὐ γὰρ ἀληθεύει Πλάτων τὰς ἐκ τῶν βαρβάρων φήμας παραλαμβάνοντας κάλλιον ἀπεργάσασθαι τοὺς Ἕλληνας λέγων, παιδεῖα χρωμένους καὶ μαντείας ἐκ Ἀελφῶν. Ἀληθεύουσι δὲ μᾶλλον οἱ λέγοντες, ἀταλαίπωρον εἶναι παρὰ τοῖς Ἕλλησι τῆς ἀληθείας τὴν ζήτησιν, μάλιστα δὲ ἐν τῇ περὶ τοῦ θεοῦ δόξῃ πλανᾶσθαι αὐτοὺς. Εἰσὶ δὲ οἱ ταῦτα λέγοντες οὐχ ἡμέτεροι, ἀλλὰ τῶν Ἑλλήνων οἱ δοκιμώτεροι. Ἔτις ἐντετύχηκε καὶ οἷς ἐγραψεν ὁ Πορφύριος πρὸς ἀναβαίνοντα („rescribendum videtur πρὸς Ἀνεβῶ τὸν Αἰγύπτιον“ Boiss. adnuente Hasio.) τὸν Αἰγύπτιον, παρ' ἐκείνου λοιπὸν ἐπιζητῶ („Scripsi ἐπιζητῶν, sed et ἐπιζητῶ possit erui e codicis compendio.“ Boiss.) μαθεῖν τὴν ἀλήθειαν, ἐπεδὴ παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἐπέγνων· εἰ μὲν οὖν καὶ ἄλλο βάρβαρον γένος τὸν δημιουργὸν καὶ βασιλέα τοῦδε δὲ παντὸς (τοῦδε τοῦ παντὸς Boiss.) πατριώδει δόξῃ καὶ νόμοις ἐθρήσκευεν, εἰπεῖν οὐκ ἔχω· ὅτι δὲ ἡ τῶν Ἑβραίων θεοσέβεια περιβόητος ἦν ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ὅτι καὶ ἡ νομοθεσία αὐτῶν ἀρχαιοτέρα ἦν καὶ Ἐρμού τουτοῦ, καὶ ἔτις ἄλλος παρ' Ἕλλησι σοφός, πολλοῖς ἀποδεδείκται. marg. B. 2. ὁ om. A.

et facta sunt partim masculina et partim feminea similiter. deus vero statim dixit sancto verbo: Crescite incremento, et multiplicamini multitudo, omnia condita et opificia. et recognoscat, qui mente est

ἐννοῦς ἑαυτὸν ὄντα ἀθάνατον καὶ τὸν αἷτιον τοῦ θανά-
του ἔρωτα σώματος, καὶ πάντα τὰ ὄντα.

- 3 Τοῦτο εἰπόντος ἡ πρόνοια διὰ τῆς εἰμαρμένης καὶ 19
ἀρμονίας τὰς μίξεις ἐποιήσατο καὶ τὰς γενέσεις κατέστησε.
καὶ ἐπληθύνθη κατὰ γένος τὰ πάντα. καὶ ὁ ἀναγνωρίσας
6 ἑαυτὸν ἐλήλυθεν εἰς τὸ περιούσιον ἀγαθόν, ὁ δὲ ἀγαπή-
σας τὸ ἐκ πλάνης ἔρωτος σῶμα, οὗτος μένει ἐν τῇ σκό-
τει πλανώμενος, αἰσθητῶς πάσχων τὰ τοῦ θανάτου. Τί 20
9 τοσοῦτον ἀμαρτάνουσιν, ἔφην ἐγώ, οἱ ἀγνοοῦντες, ἵνα
στερηθῶσι τῆς ἀθανασίας; Ἐοικας, φησὶν, ὦ οὗτος, μὴ
περροντικένοι ὦν ἤκουσας. οὐκ ἔφην σοι νοεῖν; Νοῶ, ἔφην,
12 καὶ μιμνήσκομαι· εὐχαριστῶ δὲ ἅμα σοί. Εἰ ἐνόησας, φησὶν,
εἰπέ μοι, διὰ τί ἄξιοι εἰσι τοῦ θανάτου οἱ ἐν τῷ θανάτῳ
ὄντες. Ὅτι προκατέρχεται, φημί, τοῦ οἰκείου σώματος τὸ
15 στυγνὸν σκότος, ἐξ οὗ ἡ ὑγρὰ φύσις, ἐξ ἧς τὸ σῶμα

1. ὁ ἐννοῦς] ἄνῳς (i. e. ἄνθρωπος) B. 2. σώματος] sic Patr.
om. reliqui. 3. τοῦτο om. Patr. 8. τί] καὶ τί B. 10. φησὶν
om. A Turn. Fluss. || μὴ] τοῦ μὴ A Turn. Fluss. 11. ἔφην alterum]
δὲ Patr. om. A Turn. Fluss. 12. σοί] sic Patr. om. reliqui. εἰ]
καὶ εἰ B. || φησὶν om. A Turn. Fluss. 14. προκατέχεται Fluss. ||
φημί om. Patr. 15. ἧς] sic Patr. οὗ reliqui.

praeditus se ipsum immortalem, et causam mortis amorem corporis,
et omnia eutia.

Hoc cum dixisset, providentia per fatum et harmoniam mistiones
effecit et generationes constituit. et multiplicata sunt in suo genere
omnia. et qui recognovit se ipsum venit in superaffluens bonum,
qui vero amavit per amoris errorem corpus, is manet in tenebris
errans, sensibiliter patiens ea quae sunt mortis. Quid tantum er-
rant, dixi ego, ignari, ut priventur immortalitate? Videris, inquit, o
tu, sollicitus non fuisse eorum quae audisti. nonne dixi tibi ut in-
telligas? Intelligo, inquam, et recordor; et simul gratias ago tibi.
Si percepisti, inquit, dic mihi, cur digni sunt morte qui in morte
sunt? Quoniam anteit proprium corpus lugubris umbra, ex qua est

